

**Dissertatio medica inauguralis, de febre communi Britanniae contagiosa continua ... / Eruditorum examini subjicit Joannes Aire.**

**Contributors**

Aire, Joannes.

Baird, George Husband, 1761-1840.

**Publication/Creation**

Edinburgi : Excudebat Gulielmus Creech, Academiae typographus, 1802.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/qdh5x5gj>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

52897/p

Suppl. P / AIR

BW 7

\$50.-

---

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,

DE

FEBRE COMMUNI BRITANNIÆ CON-  
TAGIOSA CONTINUA.

---

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCTORITATE

REBBE COMMUNI BRITANNIÆ CONTA  
GROSA CONTINUA


D. GEORGIUS BARKER S.S.P.

ACADEMIÆ EDINBURGHENSIS  
ET NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICINÆ DOCTORIS

PRO GRADU DOCTORIS

AD HONORIS IN MEDICINA HONORIBUS AD PROMOVENDUM  
RITE ET LEGITIME OBTINENDUM

JOANNES ALRI



EDINBURGI

EXCUBERAT DULCIS MORS CÆCERIS, ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS

1802

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

FEBRE COMMUNI BRITANNIÆ CONTAGIOSA CONTINUA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

**Pro Gradu Doctoris,**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

---

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

J O A N N E S A I R E,

SCOTUS.

---

---

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

---

---

EDINBURGI:

---

EXCUDEBAT GULIELMUS CREECH, ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS;

1802.

DISSERTATIO MEDICA

IN ANTHROPOLOGIA

ILLUSTRATIONE A. CRIBERIANO

GIORGIO COSTANTINI

CAROLO

COMITATU DE LIVERPOOL

D. DOMINGO HAWKINSBURG

REGI A SECRETARIIS CONSILII

SUMMI COLLEGII COMMERCII

PRÆSIDI



DE REGE BRITAN

JO. AUSTINUS WERTHER

HANC DISSERTATIONEM

SUMMA OBSERVANTIA

D. D. C. C. C.

AUCTOR

VIRO

ILLUSTRISSIMO AC CELEBERRIMO

CAROLO,

COMITI DE LIVERPOOL,

DOMINO HAWKESBURY,

REGI A SECRETIORIBUS CONSILIIS,

SUMMI COLLEGII COMMERCIALIS

PRÆSIDI,

*Ec. Ec. Ec.*

DE REGE, DEQUE PATRIA,

PER MULTOS ANNOS,

OPTIME MERITO;

HANC DISSERTATIONEM,

SUMMA OBSERVANTIA,

D. D. C.QUE

AUCTOR.

CONSIDERANT mihi ad quem potissimum rationem

habeat quatenus studium rationis primarias de-  
terret, haud quidem de dubitandum est. Nam  
non solum hoc Tu, Vir Illustrissime, inter regni  
proceres dignitas, sed summa et reverentia, ac di-  
tata rerum tractandarum experientia, tum potius in-  
gularis illa humanitas, quae etiam in principibus quibus

ad aliequis utilis doctrinae cultura se dediderunt;  
—  
DOLINO HAWKESBURY  
hac omnia Te quae digno indicio laudam Mica-

stem, sub cuius praesidio ad tota haec etiam hoc  
illius posse responderet optare sperare. Nam quae  
nam quae gentium est, qui praesentis Consilii et  
Livarorum non gloriantur, Cuius obsequium, et post  
hac peritiam, pariterque ingenia decora.

Sed alia mihi causa est, cui haec occasionem Te  
ascendendi cupido insuperem, et ista gratia Tu  
quam maxime sperem, ut negotiorum gestibus

meo commutare dignare.  
Te igitur ero, Vir Illustrissime, ut hocce in-  
culcandum, per te quidem regis praesentis, et gratia animi

condignam reverentiam indicium, benigno vultu accipias.  
Faxit autem Deus Opt. Max. ut diu vivas, et nunc  
beatus in caelo beatus sub famula. — Vale

A. D. 1670.

CONSIDERANTI mihi ad quem potissimum Patronum hæc qualescunque studiorum meorum primitias deferrem, haud quidem diu dubitandum erat. Nam non solum loci TUI, VIR ILLUSTRISIME, inter regni proceres dignitas, sed summa TUA prudentia, ac diuturna rerum tractandarum experientia; tum porro singularis illa humanitas, qua cunctos prosequi soles, qui ad alicujus utilis doctrinæ culturam se dediderunt;— hæc omnia TE quasi digito indicant tanquam Mæcenatem, sub cujus præsidio ac tutela homines etiam doctissimi posse requiescere obnixè optarent. Nam quisnam quæso gentium est, qui patrociniò COMITIS DE LIVERPOOL non gloriaretur? Civis utilissimi, rei politicæ peritissimi, patriæque ingentis decoris!

Sed alia mihi causa erat cur hanc occasionem ad TE accedendi cupide arriperem; ut scilicet grates TIBI quam maximas agerem, ob magna beneficia quibus meos cumulare dignatus es.

TE igitur oro, VIR CELEBERRIME, ut hocce munusculum, per se quidem nullius pretii, at grati animi tanquam genuinum indicium, benigno vultu accipias. Faxit autem Deus Opt. Max. ut diu vivas, ut nunc, beatus in gremio beatæ tuæ familiæ.—VALE.



Digitized by the Internet Archive  
in 2018 with funding from  
Wellcome Library

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

*FEBRE COMMUNI BRITANNIÆ  
CONTAGIOSA CONTINUA.*

---

---

AUCTORE JOANNE AIRE.

---

---

**F**EBRIS Communis Britanniae Contagiosa Continua, tam propter multa phaenomena peculiariora, quibus stipatur, quam propter frequentes strages, quas inter pauperes, hominum ordinem utilissimum, toties edit, philosophi atque medici attentionem jure optimo sibi vindicat.

HISCE igitur perpenfis, febrem eandem  
disputationis inauguralis argumentum felegi.

AD ordinem febrium, quæ κατ'ἐξοχὴν *Con-*  
*tinuæ* denominantur, pertinet; in quo or-  
dine quoque includuntur Synocha, Typhus-  
que: Synocham verum unquam in hac infula  
occurrere multi dubitant.

FEBRIS nostra communis continua in ex-  
emplis perpaucis typum typhoidæum proti-  
nus induit, verum plerumque primis morbi  
diebus impetus sanguinis adaucti sympto-  
matis stipatur, viribus brevi fatifcentibus, et  
nifi medici auxilium sine mora adhibeatur,  
tandem omnino obrutis.

QUAMVIS minime ignoro, folum ab accu-  
rata concurrentium fymptomatum, quæ in-  
fra enumerare conabor, attentione et expe-  
rientia quotidiana, vere discernendum effe  
morbum:

morbum: Quoniam tamen, ut supra diximus, typus morbi typhoidæus in exemplis nonnullis observatur, sæpius autem typus synochi similis, CULLENI typhi et synochi definitiones subjiciam,

#### DEFINITIO TYPHI.

MORBUS contagiosus; calor plurimum auctus; pulsus parvus, debilis, plerumque frequens; urina parum mutata; sensorii functiones plurimum turbatae; vires multum imminutæ.

#### DEFINITIO SYNOCHI.

MORBUS contagiosus. Febris ex synocha et typho composita, initio synocha, progressu et versus finem typhus.

## HISTORIA MORBI.

FEBRIS Communis Britanniae Contagiosa Continua homines ætatis, sexus, vel temperamenti cujuslibet, invadit; qui autem vel causis noxiis applicatis, vel vitæ genere habitum corporis mobiliores redditi fuere, ei magis obnoxii esse inveniuntur.

Quo tempore post causam excitantem corpori applicatam febris accidat, adhuc incertum est; verum fortasse serius ociusve pro tabi vi, vel corporis infecti habitu, situ, &c. apparet.

PRIMIS sæpe morbi diebus, febricitans non vehementius ægrotat, nequaquam tamen valet; sibi ipse et omnia displicent; languet, et

stomachicus

stomachicus est; sensum quasi contusus esset percipit; capitis dolore, gravedine, vel vertigine vexatur, una cum dolore lumborum, dorfi, et membrorum; cibum omnem fastidit; interdum frigescit, interdum calescit; eum tædet denique vitæ. Hæc mala appetente vespere plerumque ingravescent; tunc temporis quoque arteriæ solito incitatus moveri, et corpus supra consuetudinem calere, observantur; nox plerumque infomnis est, vel somnus parum recreat.

TANDEM vero plerumque, ex quo ægruerat die tertio, quarto, quinto, aut sexto, his signis multum ingravescentibus, accedunt alia, quæ naturam morbi sat bene demonstrant. Ægri per totum languescens vires haud parum prosteruntur, rigoris calorisque vices nunc sæpius adsunt. Si ab initio adhuc remissionis signa quæpiam contigere, nunc nihil apyrexia est, paroxysmi febrilis characterem

terem vix, ac ne vix quidem, nisi ex morbo sub vesperem exacerbato denotare possumus, functionibus nunc plerisque læsis. Ingens anxietas præcordiorumque pondus, cum magna sub quovis nisu ad animi deliquium proclivitate adsunt. Æger irrequietus corporis situm sæpe variat, ac nullum fere positum bene tolerare potest; crura et brachia in lecto jactat, vel toto corpore tremat; se sano similiter movere nequit; somniculosus est, sed infomniis angitur. Animo nonnihil depresso, mens leviter turbatur, verum non ex toto alienata, neque ex toto constans. Vultus etiam maxime mutatur, modo pallidus et subsidens, oculis hebetibus, modo rubore suffusus, oculis rubris torvisque. Nunc maxime urgent anorexia et nausea; dolet scrobiculus cordis, crebro vomendi conatu, doloris exacerbatione ad omnia assumpta, et alvo irregulari. Pulsu nunc crebriori, debili, et irregulari, arteriæ micant; corporis calor

calor major est, aut saltem sensu peculiari acri, explorantis digitum afficit, licet etiam non semper ultra modum intendatur: Calores, autem, algoresque incertos et inæquales sæpe observamus; quibusdam corporis partibus calidis rubrisque, aliis pallidis et frigescentibus, demumque ex aliis effluit frigidus sudor et viscidus. Sic quum partes extremæ frigeant, sæpe facies rubet magisque ardescit, vel etiam quum sudore frons madeat gelido, genæ admodum rubent, et frigent nares auresque. Capitis dolor, Gravedo aut Vertigo ingravescit; nonnunquam gravissime dolet alterutrum tempus, aut sinciput, aut vertex, aut imæ partes orbitarum, quæ oculos continent; dolent etiam dorsum, lumbi, et omnia membra; respiratio crebra fit et laboriosa; "æger mentis suæ non est; sibi ipsi perpetuo obmurmurat; inter verba desipit; vel forsan



ex fomni specie, mente brevi aliena sæpe emergere, et cito in obmurmurationem, et statum fomniculosum recidere videtur." Os, hoc morbi statu, nonnunquam fiti arefcit. Urinæ interdum natura mutatur; modo est limpida, modo grumofa. Fauces ac linguam fordes glutinosæ obtegunt, et intestinorum tunicam internam fordes fimiles oblinere probabile videtur. Nunc quoque interdum ex oris interni conditione præmolli, spiritus tuffim moleftam excitat.

Si morbus non ante diem feptimum, octavum, vel nonum, ore juguletur, fymptomata omnia, præcipue ftupor, vertigo, delirium, dolor capitis, (quæ tinnitus aurium pulfusque arteriarum capitis validior, interdum nunc occurrentes, haud parum augere videntur), virium proft ratio, præcordiorumque pondus, et univerfi corporis anxietas, aggravantur. Nunc quoque plerumque, pe-  
techiaë

techiæ in cervice, dorso, pectore, et brachiis, cito per totum corpus pullulaturæ exoriuntur; non tamen semper fixo certoque tempore apparent, quoniam interdum quarto quintove, alias non ante undecimum diem vel etiam tardius apparere. Hæ modo rubicundæ sunt; modo rubellæ; modo lividæ; modo subflavæ; modo subfuscæ. Nonnunquam petechiarum loco, "in conspectum prorumpit exanthema morbillis simile sed profundioris ac luridi coloris, ubi cutis et pectus speciatim instar marmoris variantur\*." Hæ lenticulæ, quacunque forma appareant, calore multiplicari, ideoque in eas corporis partes confluere, quibus æger incumbat, inveniuntur. Præter petechias, eruptiones, similes iis quæ in peste ipsa occurrunt, quoque observatæ fuere †. Lingua et os crustula jam

B. nigricante

\* Vide Huxhami Opera, cap. viii. de Febre Plymythi Maligna.

† Vide Dr Mead on the Plague.

nigricante obducuntur; lingua modo immobilis fit, modo tremescit; voces asperæ fiunt, inarticulatæ, et intellectu difficiles; fitis quæ vix reslingui potest, nunc quoque plerumque urget. Dyspnœa majori laborat æger;—et ex imo pectore trahit suspiria crebra.

Quovis die morbi hebdomadæ secundæ, evacuationes quædam vel auctæ vel repressæ, animadvertendæ sunt; hoc enim stadio sudores profusi, hæmorrhagiæ, diarrhœa, vomitus, ac evacuationes aliæ præter naturam colliquativæ, et vires ægri residuas adhuc convellentes; vel etiam constipatio; stranguria, secretionumque cæterorum suppressio accidere observantur.

Nunc quoque delirium plerumque ingravescit, et generis evadit phrenitici; quamvis interdum ab initio nil gradu mutatum sit, ægro verum quommodo obsurdescente.

Pro characteris parte febris communis contagiosæ continuæ, ann. 1673, 1674, 1675, Sydenham comatis peculiarem speciem memorat, “ quâ correptus æger obstupebat, delirabatque, imo ad septimanas aliquot dormitabat nonnunquam, nec nisi valido clamore expergiscebatur, a quo ægre excitatus oculos aperiebat tantum et post ingestum sive medicamentum, sive potum cui affueverat, mox in stuporem dilabebatur, ita quandoque profundum, ut in aponia defineret absolutissima \*.”

DIE morbi undecimo, vel duodecimo, symptomata vel remittunt, vel omnia exacerbantur. Si ex morbo non emerferit æger, tum partes corporis extremæ tremunt, et frigescent; tendines subsiliunt; diaphragma sæpius et convulsive movetur; pulsu frequentiori, et debili, sæpe vermiculanti arte-

\* Vide Sydenhami Opera, sect. v. cap. 2.

riæ micant, nonnunquam intermittentes, et etiam in quibusdam casibus mirum in modum repentes. Vultu vacuo ac infano, æger stragulorum floccos colligit. Fæces et urina inconscie redduntur, et admodum fætent. Ex ore, et tota corporis superficie, odor intolerandus emittitur. Haud raro febris finem versus aut latæ, vel nigræ, aut cæruleæ striæ in conspectum prorumpunt. Æger brevi corripitur dysphagia, et mucum in trachea faucibusque remorantem, unde spiritus sibilum efficit, vel ipsa forsan suffocatio supervenit, frustra molitur ejicere; tandem neque audit, neque videt. Oculi squallentes, et quasi pulvere conspersi apparent. Frigescit corpus universum; nigrescunt ungues; pulsus non sentiendi sunt; tandemque convulsam penitus morboque confectum mors aggreditur.

PRO parte historiæ hujusce febris, memorare liceat, quod apud auctores varios memoratur; scilicet, morbum plerumque non ultra viginti dies decurrere, et ex diebus fixis certisque crisin habere.

MEDICI autem non pauci nullum diem respiciunt, nec quovis die, sive par imparve esset, majus periculi ægro metuunt.

DIES tamen illi critici non omnino negligendi sunt; quoniam periodum morbi, et violentiam, cum viribus ægri componendo, eventum morbi prænoscere possimus.

### SEQUELÆ.

NULLIUS morbi sequelæ plures sunt, et frequentiores, quam febris, de qua agitur.

Inter

Inter mala, quæ inde sequuntur, notanda sunt, *Leucoplegmasia*, *Dyspepsia*, *Rheumatismus*; *Inflammationes Topicæ*, cujusvis generis, quæ haud raro in suppurationes minime felices terminantur; *mentis imbecillitas quædam*; *visus, auditus, vocisve læsiones*; et forsan his adjici potest *Diabetes*.

HUXHAMUS exemplum memorat, ubi post febrem, caro per totum corpus adeo mollis, tenera, et irritabilis remanebat, ut attactum vix ferre posset levissimum.

VERUM hæc omnia, ut postea videbimus, idoneæ diætæ rationi, et regimini attentione habita, avertenda sunt.

#### RATIO SYMPTOMATUM.

PULSUS imbecillus, et crebrior a cordis debilitate, vel irritabilitate morbida provenit.

CALOR

CALOR auctus, non solum ex sanguinis impetu aucto, sed etiam ex compositione ejus chemica mutata oritur; sanguine in morbo hocce, hydro-carbonato superfaturo, hinc, ex evolutione hydro-carbonati, haud tanta evadit sanguinis capacitas ad calorem recipiendum et latendum, qualis in sanitate solet, unde is calor, qui in sani sanguine pulmonum et superficiei latens evadit, in hac febre, liber sensibusque obvius fit. Calore hoc liberato, corpus totum turbatur, et omnia symptomata ingravescent.

PRÆCORDIORUM OPPRESSIO, et ANXIETAS ex vasorum ventriculi, hypochondriorum, partiumque vicinarum plenitudine oriuntur.

ANOREXIA, NAUSEA, CONSTIPATIO, ac VOMITUS, ex debilitate intestinorum, fluidisque ibi prave secretis proveniunt.

STUPOR,



STUPOR, VERTIGO, et SYNCOPE a languidiorre per cerebrum sanguinis circulatione dimanant; eandem causam nonnunquam agnoscit DELIRIUM; attamen quum rubent facies, et oculi, verisimillimum est, INFLAMMATIONEM cerebri INTERNAM adeste, et conjecturam hancce vindicant signa quædam phrenitica quæ tunc observantur.

TREMORES, SUBSULTUS TENDINUM, et SINGULTUS in corpore irritabili et irritato, necessario contingunt.

ANHELATIO a debilitate pulmonum et musculorum respirationi subservientium provenire videtur; debilitati quoque, vel paralyti pharyngis et œsophagi DYSPHAGIA ascribitur.

URINAM PALLIDAM vasa renis præbent contracta. URINA RUBRA ex vasis iisdem ruptis  
certe

certe procedit; GRUMOSA, aut, ubi innatat nubecula, ex vasculis relaxatis provenire videtur. Memorari verum debet, urinam, in pelvi renali vel vesica diutius retentam, coloris profundi sæpe evadere.

SORDES glutinosæ fauces, linguamque oblinientes, causam eandem, quam secretiones cæteræ vitiatæ agnoscunt, nimirum functiones glandularum imperfectas.

FÆCUM et urinæ dejectiones invitæ, debilitati intestinorum et vesicæ urinariæ, ascribimus. Petechiæ, et hæmorrhagiæ, ex arteriis parvulis sanguinem in rete mucosum infra cuticulam effluere, vel ex corpore etiam elidi sistentibus, pendere videntur.

C

CAUSÆ.

## CAUSÆ.

CONTAGIO, causa certe unica est, quæ febrem de qua dissertamus, semper excitat; et nunquam, nisi ex hac, oriri morbum certissimus. Sed quum huic causæ unicæ non singulos objectos morbum concipere, et morbum concipientium unicuique sæpe variare eventum, diu observatum est; quæ morbo corpus opportunius reddunt, inferre licet. Priusquam igitur *causam excitantem* consideremus, unde sic corpus in morbum proclive fit, videamus.

IN habitu corporis debili et mobiliori, proclivitas in febrem communem contagiosam continuam, plerumque apparet. Causæ, quæ sic corpus debilitant, ut causa illa excitante admota, facilius morbum concipiat, sunt frigus; aër vitiatus; diæta inidonea; deprimentia animi

mi pathemata ; otium ; fatigatio, et vigilia ; hæmorrhagiæ ; profluvia ; venus nimia ; stutidia nimis protracta ; mentis anxie exercitatio immodica.

DE his in ordine dicamus.

*Frigus.*—Sub cælo frigido, febris contagiosa continua sæpe grassatur ; sed seu ex frigore ipso, seu modo victus, sub cælo tali valde communi, morbi accessio pendeat, minime certum est.

*Aer vitiatu.*—Neminem certe fugit, clade quam luctuosa, febris hæcce grassatur sæpe in pauperibus, quorum plerique in locis humilibus, humidisque vitam degunt, ubi liberum aëris perflatum non habent. Imo in eorum tabernis sordidis, causam febris ipsam excitantem haud raro generari, mihi persuadetur ; effluviis corporum non dissipatis, sed in

parvo spatio accumulatis, et stagnantibus, mutationemque quandam subeuntibus.

*Dieta Inidonea.*—Intemperantia non solum ad febrem proclive corpus reddit, sed morbum inceptum magnopere temperat. Verum annonæ caritatem sæpius ad febrem de qua disceptamus, proclives homines reddere, ex vi, qua per biennium ultimum, apud pauperes grassata est, fatis liquet.

*Deprimentia animi pathemata.*—Omnia quæ animum angunt, ad febrem proclive corpus reddere, nemo inficias ibit.

*Otium.*—Ignavia certe habitum corporis relaxat, ideoque in febrem viam sternit.

*Defatigatio et Vigilia* ab auctoribus multis inter causas morborum febrilium prædisponentes

ponentes numerantur, et ad hanc febrem revera corpus sæpe prædisponere non dubito.

QUOMODO hæmorrhagiæ, mentis anxietatis exercitatio immodica, concubitus frequentior, &c. ad febrem corpus proclive reddant, certe hic dicere supervacaneum foret.

CAUSA EXCITANS.—A contagione specifica, febris, de qua differimus, semper oritur. Huic contagioni non omnes qui subjiciuntur, diximus supra, morbum concipere; et hominum qui diu contagioni objecti fuere, nulla febre exorta, non defunt exempla; ubi tandem aliqua ex causis, quas prædisponere diximus, admota, phænomenum, quæ in historia describere conatus sum, series supervenerit. De contagionis hujus natura, æque ac origine, nil fere certi comperimus; sed quæcunque sit natura, vires suas nimis et sæpius manifestat:

manifestat. Sub cælo variabili; vel nebuloso, tranquillo et fervido, aëre stagnante, dominatur.

FEBRE plerumque homini ab homine accidente, virus febrificum semper e corporibus morbo laborantibus oriri, opinio valuit. Sed, ut supra diximus, contagium, ac febrem, quæ inde nascitur, in tabernis pauperum sæpe generari, certum est; et nullus dubito quin etiam in quovis loco, ubi homines multi congregantur, et ubi venti perflatus halitum non dissipat, aërque ob sordium putridarum remoram vitatur, virus febris de qua agitur sæpe oriri.

Ex causis supra memoratis, facile colligendum est, cur pauperibus, vel hominibus, intra lustrum tertium, et octavum, morbus plerumque proprius sit: quoniam pauperum plerique in locis humilibus, et frigidis, vi-

tam

tam duriter degunt, algori inopiæque con-  
fueti. Juvenes, contra, ritu mobiles, sæpe  
intemperantiæ dediti sunt, nimis defatigari  
solent, venerem immodice colunt, animi ir-  
ritabilis et iracundi sunt, vigiliæque noctur-  
nas diuturniores exercent.

FEBREM nostram contagiosam esse medici  
nonnulli dubitarunt, et forsan ex eadem cau-  
sa quæ dubiis de contagio pestis originem  
præbuit\*.

CAUSA PROXIMA.—Variæ de hac re conjec-  
turæ

\* The mingling hypothetical and abstruse reasoning on the nature of pestilential effluvia, and their manner of operation, with matters of observation and experience, calls the attention off from the main question, and entangles it in speculations which ought ever to be kept distinct. It leaves access to the various arts of controversy; facts are selected to answer the present purpose, and sometimes stated with much partiality; inferences are rashly drawn from distant analogies; and what ought to be a calm inquiry in pursuit of truth, deviates into a wrangling contest for victory.—*Treatise of the Plague, by P. RUSSEL, Book III.*



turæ in medium prolatae sunt, et nulla certe opinio verisimilior est ea quam excogitavit CULLENUS. Is enim opinatur universi corporis debilitatem, quæ primum in vasis extremis præcipue accidere observatur, symptomatum febrilium causam proximam existere. Quæ debilitatis hujusce natura sit, definire nequimus: cerebri, autem nervorumque morbidam esse affectionem, probabile est. Verum hæc debilitas, vel causa proxima, quæcunque sit, genus sanguiferum, ope virium naturæ medicatricium incitat; unde, si actiones vitales adhuc justum vigorem retineant, tunc aucto nisu, et equabili, vim generi nervoso restituent. At si morbide irritabiles sint, (ut in exemplis plerisque accidit), rigori tum respondere nequeunt. Irritabilitas consumpta erit; et rupto vinculo, quod corpus cum mente connectit, anima e compage humana soluta auctori suo revertet.

## DIAGNOSIS.

QUAMVIS febrem hanc provectiorem facies sua ad vivum depingat, ei tamen incipienti morbi quidam perfimiles sunt, uti, *Synocha*, *Febris Puerperalis*, *Cynanche Maligna*, et *Febris Remittentis species maligna*, qui quomodo igitur a *Febre*, de qua disceptamus, dignoscendi sunt, hic dicere conabor.

*Synocha*.—Utrum *synocha* unquam in hac insula occurrat, supra dubitavimus. Sed ut morem geramus, eam a febre nostra distinguere velimus. Igitur a febre hacce dignoscitur *synocha*, quia in regionibus frigidioribus ea grassatur, comitante calore auc-

D

tiori,—

tiori,—pulsu frequenti, valido et duro,—urina rubra; sensorii functionibus parum turbatis; denique medelam, unde omnia in febre nostra ingravescerent signa, synocha postulat. Præterea medicum, in diagnosi admodum adjuvat notitia causæ morbi utriusque.

*Febris Puerperalis.*—Inter communem febrem contagiosam, et febrem, quæ puerperis propria est, limites statuere majus operæ dedere medici. Veruntamen, limites certos inter morbos definire difficillimum est. Excepta causarum differentia, plura signa utrique communia existunt.

*Cynanche Maligna.*—Controversiam de cynanches malignæ, et scarlatinæ anginosæ differentia, hic investigare non in animo est. A febre nostra, dignoscitur cynanche maligna, signis debilitatis, putredinisque gravioribus

bus quæ hanc comitantur, ulceribus faucium et oris, efflorescentia cutanea, et epidemici regnantis notitia.

• **RESTAT** autem adhuc morbus, quem inter et febrem nostram, discrimen facere non possum.

*Febrem Remittentem* maligni generis respicio, quæ non solum malum signum quodcumque feбри nostræ communi contagiosæ continuæ proprium habet, verum etiam periculum majus sæpe portendit; quoniam delirio feroci, et fluidorum solidorumque conditione, in qua vix vita consistere potest, haud raro stipatur. Hæc morbi forma maligna raro in hac insula occurrit, verum forsitan ejusdem naturæ est, ac morbus a contagio procedens, cujus autem effectus paludum miasmatis præsentia, et regionis vel tempestatis calore, modo peculiari afficiun-

tur, qui novem annorum spatio, in India Occidentali, et cæteris orbis regionibus calidis, adeo grassatus est\*. Minime quidem reticendum est, quosdam auctores febrem similem describere, quam primum a miasmate paludum oriri, veruntamen tandem vi contagii ipsius sola, homini ab homine accidere contendunt †.

#### PROGNOSIS.

DE febris nostræ eventu prænoscere, summi momenti est. Judicium autem in hac re plerumque

\* Vide Dr Chisholm's Account of the Malignant Pef-tilential Fever.

† Remittents originating from corrupted exhalations after hot summers, or in warm climates, are very contagious; and from this cause often assume a continued form: and when this happens, these remittents differ in no respect from that variety of continued fever, which is propagated in camps, jails, hospitals, ships, and in the *confined habitations of the poor.*——*Observations on the Diseases which prevail in long Voyages to Hot Climates, particularly in those to the East Indies,*

plerumque incertum est; quoniam symptomatum plurimum cujuslibet, quantumcumque sit, eventus variari potest.

DE morbi eventu, ex signis quæ sanitatem mortemve polliceri videntur, judicium habere adducimur.

*Signa Bona.*—Symptomatum omnium quæ adhuc existere remissio; arteriarum pulsus, neque admodum imbecilles, neque intermittentes, sed æquales, et vinò, aliisque, quæ vires reficiunt, validiores redditi; delirium vel nullum, vel leve tantum, viribus haud omnino prostratis; somni recreantis accessio; nausæ, aut vomitus cessatio, ventriculò item cibaria appetente, et ingesta retinente; urina turbida, eodem tempore signis quæ jam ægrum fatigavere mitigatis, cutique molli, ac humidâ evadente; vino quoque cedere affectiones varias nervosas, ut singultum, tremores,

tremores, tendinumque subsultum, signum optimum est. Si quoque vultus, et oculi naturales esse appareant, et adfit alvi proluvia, ubi elabatur excrementum molle, et figuratum, et tempore fere consueto, signis morbi plerisque levatis, viribusque non fractis, contra relictis, faustum fore eventum colligendum est.

*Signa Mala.*—Pulsus frequentior debilisque, quem virium comitatur maxima prostratio; respiratio crebra, et laboriosa vel languida; præcordia valde ponderata; coma profundum, vel frequentior ad animi deliquium proclivitas; delirium ferox, præsertim si simul adfit oculorum facieique rubedo; tendinum subsultus; petechiæ prematuræ, quæ lividi coloris sunt aut subflavi; hæmorrhagiæ; fætor ingens; sudores frigidi et topici, et qui simul in partibus variis evadunt; demumque cutis in gangrænam proclivitas,

clivitas, omnia ominis nequaquam boni indicia sunt.

LINGUA et os nigricantia, et valde arefcentia, fiti comitante majore, malum signum indicant; sed adhuc pejus, si nulla adfit fitis, ægro verum comate laborante.

PERVIGILIUM inquietudine atque lucis sonique intolerantia stipatum, pejoris ominis est quam lethargus, ubi est etiam visus auditusque diminutio.

SIGNUM minime faustum est, quum torpeat alvus, inde enim signa omnia morbi ingravescere observantur.

URINÆ emissio involuntaria, eandemve reddendi impotentia; dysphagia; oculi torvi, vel sanguine suffusi, vel ad visum inepti; universi corporis spasmi; fæcum admodum



dum fætidarum dejectio involuntaria ; in gutture stridor ; apthæ linguam ac fauces obsidentes ; mortem adesse denunciant,

### PROPHYLAXIS.

IN nullo quam in hoc morbo prophylaxis majoris momenti est, quoniam tam insidiosè adoritur, hominemque adeo firmiter detinet, et haud raro lethalis evadit.

ADHIBERI debent remedia prophylactica, non solum quum viri febrifici applicationem metuimus, sed etiam quum jam applicatum fuisse, suspicamur ; Præcipua sunt mundities ; animi proprie accommodati firmitudo quædam ; lavatio frigida, et acidorum quorundam vapores.

QUANTUM

QUANTUM mundities, et animi fortitudo, in morbo avertendo polleant, hic non dicere opus est.

LAVATIONEM frigidam, et acidi nitrici vapores quod attinet: methodum prophylacticam quam ingeniosi medici, Currie, et Smyth, adhibere solent citare sufficiat. Doctor Currie, de febre, quæ apud quandam militum cohortem grassata est, et ubi contagio magna vi dominata est, sic memorat: "The contagion still proceeding, the whole regiment was drawn up at my request, and the men examined in their ranks; seventeen being found with symptoms of fever upon them, were carefully separated from the rest of the corps, and immediately subjected to the cold affusion, always repeated once, sometimes twice a-day. In fifteen of the number the contagion was extinguished. An order was also issued, at my request, for the whole of the  
 E remaining

remaining regiment to bathe in the sea \*.”

Hoc modo vir ingeniosissimus morbum fugavit.

VAPORES acidi nitrici non solum putredini et contagioni inde natae resistere, verum tuto ac fauste, ubique adhiberi posse, experientia multa Doctorem Smyth supra citatum, certiore fecit †; et nupera quidem experimenta consilium hoc prophylacticum probare. Docent hæc experimenta, *Febrem*, quæ adhuc clade luctuosa grassata esset, post suffitionem inceptam, omnino discessisse ‡.

## ITIDEM


\* Medical Reports on the Effects of Water, cold and warm, in Fevers, by J. Currie, chap. III.

† Description of the Jail-Distemper, as it appeared among the Spanish Prisoners, at Winchester, by Carmichael Smyth, M. D.

‡ A Letter to the Right Honourable Earl Spencer, (by Dr Smyth), giving an account of the experiment made at the desire of the Lords Commissioners of the Admiralty, on board the Union Hospital Ship, to determine the effect of Nitrous Acid in destroying Contagion.

ITIDEM quandoque usurpantur vapores acidi sulphurofi, acetofi, muriatici, et oxymuriatici. Quoniam forfan, vapores acidi oxymuriatici, multum in iis cafibus ubi admodum pollet contagio, proficere poffint; non abs re erit dicere quomodo obtinentur.

LIBRÆ quatuor *muriatis fodæ* admifceantur fefquilibræ *manganefii oxydati*, quæ indantur vas plumbeum o-  
 pertum; (vide fig. *a.*) Dein infunde, per foramen *b* in capite vafis, *aquæ* ℞ ii. et poftea inftil-  
 la gradatim *acidi sulphurici* ℞ iiifs. Acido sulphurico fic inftillato, gas oxymuriaticus a tubo *c* copiofe evolvitur\*.



QUONIAM verum hæcce apud pauperes qui

E 2

febri

\* Dr Chisholm on Means of preventing Malignant Fever.

febri nostræ præsertim obnoxii sunt, expleri, rarissimum est; certe non sine causa *consilium quodpiam hujusmodi* animadvertendum est.

INSTITUANTUR *valetudinaria tria* in vicinia omnis urbis, oppidive populo frequentis: in *uno* quorum soli curentur homines qui jam febre laborant, in *altero*,—ii qui postquam curatione ægrotantium occupati sint, contagiove casu expositi, nequaquam se valere indicant, in *tertio*,—a febre valescentes.

HISCE valetudinariis qui præsent et infer-viant parandi sunt idonei.

Quo facilius citiusque admoneantur hi procuratores de *febre* alicubi existente; præmium, *a publico*, omnibus, qui sic tantum admoneant, promitti debet.

Ex tabernis ad valetudinaria caute transferendi sunt ægrotantes.

IN hoc consilio explendo, prudentiæ quantum fit necessarium, fatis evidens est:—bene notum est, consiliis rigidis, et quæ inconsulte ac temere suscipi videntur, plebem resistere\*.

ME-

\* Apud Orræi descript. pestis, quæ in Russia grassata est, ann. 1770 & 1771, memoratur, plebem calamitati huic imprimis obnoxiam, cautionem similem, *qua vigoroſe summum regimen exequi solebat*, in tantum exhorruisse, et tanto odio tulisse, ut non solum infectos suos, sed mortuos ipsos, non obstantibus pœnis, in contravenientes infligendis, quovis modo celaret.

## METHODUS MEDENDI.

MORBUM de quo agitur, in principio intercepti posse, medendi methodus, in Nosocomio Edinenfi, diu adhibita argumento est. Ibi enim morbus incipiens sæpe interrumpitur, usu tempestivo vel emetici, vel frigidaë aquæ affusionis.

VERUM hoc consilio, prius plerumque adhibentur emetica.

*Antimonium Tartarifatum*, aqua solutum, dosibus parvis repetitisque propinatur, sic ut non solum ventriculum, intestinaque evacuet, inde deturbans quod febris invasionem accendit, et cito in fomitem conversum, morbo in mora esset, et sic re-

mediis

mediis aliis viam sternens; sed etiam æqualem per totum corpus sanguinis distributionem, præsertim autem in vasculis summis efficiat.

HUJUSMODI medendi methodum ideo adhibere velimus; verum raro quidem ad eam decurrere licet, priusquam eo morbus progressus sit, ut ab emeticorum usu superari nequeat; quoniam functiones pleræque jam læsæ sunt, intestinaque tam torpida evaserunt, ut stimulum fortiorem postulent.

Si emeticô fracta sit morbi vis, ad curationem perficiendam, ab omnibus irritationis causis abstinere debet æger. Procul absint igitur cibi omnes concoctu difficiles, adhibeaturque solum diæta tenuis atque parca. Si autem morbus violentus, ob causæ naturam, ægri habitum, vel durationem sui emeticorum



ticorum usui non succumbat, deinde ad frigidam aquæ affusionem decursum est.

QUUM hoc remedium tribus primis morbi diebus usurpatur, febrem reprimendo magis valet, quam ubi ferius adhibeatur. Post diem tertium quidem symptomata solum leviora reddit. Usus ejus tempestivus impetui sanguinis aucto, et calori maximo, viribus ægri nondum penitus fractis, admodum arridet. Non solum arteriarum pulsuum celeritatem imminuit, et corporis ardorem compescit, sed succussu peculiari, quem gignit corpori, *reactionem* creat, sub qua, non adsunt parvi, debiles, frequentes arteriarum pulsus, vel præcordiorum anxietas, vel cutis et oris ficcitas, vel fitis magna, verum contra, pulsus tardiores, pleniores, validiores, et æquabiles, cutis humida, et lingua nitida, fiti extincta, doloribus variis, sive capitis, sive in aliis corporis partibus le-

vatis

vatis, mitigato delirio, ægroque ad somnum proclivi. Denique hujus affusionis ope vasis summis actio sua pristina restitui videtur.

Si autem morbus nec emetici effectibus, nec aquæ frigidæ affusioni cedit, ad medendi methodum, quæ adhuc restat, et quæ fortasse ægro sanitatem priorem restaurare potest, nos convertamus, consilia sequentia explere conantes.

PRIMUM. Impetui sanguinis aucto moderandum est:

DEINDE debilitati et putredini summa ope obviam eundum.

CONSILIUM PRIMUM.—In febre, de qua agitur, omnia remedia quæ reactionis violentiam sedant, non præscribere licet; solummodo sedantia vel evacuantia mitiora ad-

hibere possumus, dum eodem tempore ab irritantibus cavere studemus.

*Sedativa.* Alvi et sensorii in hacce febre conditio sedantium usum cautissimum suadent. Ex classe rerum hujusmodi, solum frigus adhiberi debet. Hujus remedii usum tempestivum sæpissime febrem incipientem ore jugulare supra diximus; et in morbi augmento, idem remedium tuto, et cum emolumento usurpari, experientia docet. Hoc morbi stadio, sic applicari debet, ut vires ejus sedantes efficiat, corpori non acrius instans; quo consilio, quidam corpori aquam paulo calidiorem affundunt, evaporationis, quæ a corporis superficie supervenit, effectibus innitentes. Verum ad opinionem GREGORII nostri, qui lavationem cum aqua frigida præstare existimat, lubens accedo. In prælectionibus egregiis affirmat, se hoc remedium jam viginti et quinque annos usurpasse,  
in

in omni fere exemplo, signis vehementioribus, quæ alioquin multo graviora fuissent, mitigatis, pulsu tardiore, firmiore, et molliore facto, calore imminuto, siti extincta, et respiratione liberius, faciliusque procedente, demumque, redeunte mentis sanitate.

Ego ipse semel iterumve frigus consilio huic respondere vidi, sub GREGORII et HOPEI clar. auspiciis.

PRIMUS æger, quem hujus remedii effectus faustos experiri vidi sub GREGORIO nostro, jam dies septem febricitarat.

*Die octavo.*—Rubuere facies et oculi; arteriarum pulsus centum et viginti octo, intra minuti spatium numerati sunt; calor corporis erat major; sitis urgebat; petechiæ eruperant.

Solutionis antimonii tartarifati  $\text{ʒs}$  adhibita est quaque semihora usque ad vomitum.

*Die nono.*—Antimonium, vomitum, et lenem alvi dejectionem intulit; signa autem alia parum mutata sunt. Pulsus centum et viginti numerati fuere.

Capillitio abrafo, lavatum est totum corpus aqua frigida aceto admixta.

*Die decimo.*—Pulsus solum centum et quinque numerati sunt; minus rubebant facies et oculi; calor corporis imminutus; fitis minor; capitis dolor levatur; petechiæ coloris magis diluti erant; cibi redibat desiderium.

Continuata est lav. frig. bis indie.

*Die undecimo.*—Arteriæ centies vibrabant; petechiæ nullæ; signa cætera in melius versa.

Continuata est lav. frig.

*Die duodecimo.*—Lingua nitida et humida; somnolentia et inquietudo hoc die urgebant; pulsus centum et duodecim numerati fuere.

Rep. lav. frig.

*Die decimo-quarto.*—Febris omnino discesserat;

ferat ; æger cibum appetebat, et bene concoquebat.

*Die decimo quinto.*—Omnino convaluit.

ALTERA ægra, quæ, sub Doctore HOPE, remedii hujus beneficium experta est, dies quatuor sub febre laborârat. In hoc casu, aqua frigida corpori statim affusa est ; quamvis affusio prima acrior erat, postea tamen symptomata sublevavit.

Post affusionem primam, lingua minus fordida et cutis mollior fiebant ; oculi nitescere cœpere.

Post affusionem secundam symptomata usque in melius versa.

Post tertiam nocte bene dormivit ; pulsus ictibus multis tardior factus est ; capitis dolor, oculorum et faciei rubor, inquietudo, debilitas, sitis linguæque siccitas discesserunt.

Post quartam sanescere pergebat.

Post quintam (nempe die febris *oçtavo*)  
febri,

febri cynanche tonsillarum et diarrhœa superadditæ sunt ; pulsus frequentiores ; calor corporis fuit auctus ; profecto sive ab hac accessione morbida, sive a morbi periodo, hoc die signa omnia ingravescebant.

HINC autem ad diem decimum quartum, ægra ope lavationis frigidæ e morbo emergit.

TERTIUM ægrum quoque quem Doctor HOPE curavit, successum hujus remedii experiri observavi : dies decem febre affectus erat. Incaluit maxime corpus ; rubuit facies ; pulsus centum et viginti sex intra minuti spatium numerati fuere ; lingua ficca ; sitis urgebat ; dolebant caput dorsum et lumbi ; mens erat alienata.

Lavatum est totum corpus aqua frigida.

*Die undecimo.*—Pulsus ictibus viginti sex tardior factus est ; multo minus incaluit corpus ; lingua humida fuit ; sublevati sunt va-

rii dolores ; mitescebat delirium ; oculis nitor redierat solitus.

Continuata est lavatio frigida ad diem morbi decimum quintum quando convaluit æger.

TRIA hæc exempla satis demonstrant, hocce remedium, si non febrem interrumpat, morbi decursum subigendo multum quidem valere.

QUUM autem (ut sæpe accidit sub finem hebdomadæ primæ morbi) delirium adfit ferox ; oculi rubeant, et lucem averfentur ; os rubore suffundatur ; capitis dolor intolerandus fit : ad alvi purgationem, vel ante lavationem frigidam, vel una cum ea, confugiendum est. Et signis hujusmodi præsentibus, febris nonnunquam alvi purgationi omnino cessit. Sane five adsint hæc signa, necne, alvus laxa omnibus febris stadiis accommodatissima est.



QUOMODO catharsis inducenda, vel alvus leniter laxanda fit, pauca differamus.

IN hac febre, intestinorum torpori vincendo hydrargyrum muriatum mitem bene accommodari, ex effectibus ejus in febre regionum calidiorum colligere est.

IN febre illa, ventriculi conditionem peculiarem non solum non auget, sed etiam penitus superat. Colluviem putridam eliminat; intestinis, visceribusque chylopoieticis actionem sanam restituit; et pro evacuationis copiae et faetoris ratione, et prout etiam fluida, eâ plus minus pregnantia fiunt, e morbo emergit aeger.

DOSIM cujusvis salium mediorum, horis paucis post hydrargyrum adhibitam, vim **hujus remedi** **medii** evacuatoriam adaugere affirmatur.

PORRO

PORRO autem ex successu, qua adhibetur, in febre nostra, hydrargyrus hicce muriatus mitis, nullus dubito quin in corporibus hominum, sub hac nostra febre laborantium, mutationes fere easdem, ac in febre regionum calidiorum, efficiat : Et certe is bene faciet, qui, febre nostra, signis supra memoratis stipata, hujus remedii periculum instituet.

VERUM quando horum nulla symptomatum adsunt, catharsis metuenda est, et laxandum alvum, tantummodo *medicamentis evacuatoriis mitioribus* ; e. g. potassæ tartriti acidula, potassæ tartriti, infuso fennæ cum manna, enemate laxante.

USUM cujusdam ex classe *evacuantium*, scil. venæsectionis, in febre communi Britannicæ contagiosa continua, quod attinet, magni certaminis materies fuit : plerumque verum medicus, ni fallor, si sanguinem temere detraxerit, postea eum facti pœnituit. Quando

vero necessaria esse videatur, pauca monita in CULLENI Medicinæ Praxi tradita, attentionem merentur.

IBI ait Doctor: " Employing blood-letting, in certain fevers, requires much discernment and skill, and is to be governed by the following circumstances :

" I. The nature of the prevailing epidemic.

" II. The nature of the remote cause.

" III. The season and climate in which the disease occurs.

" IV. The degree of phlogistic diathesis present.

" V. The period of the disease.

" VI. The age, vigour, and plethoric state of the patient.

" VII. The patient's former diseases and habits of blood-letting.

" VIII.

“ VIII. The appearance of the blood drawn out.

“ IX. The effects of the blood-letting that may have already been practised \*.”

IN febre, de qua agitur, *omnia quæ irritant, removere, vel saltem moderari, necessarium esse, manifesto apparet.*

PRÆCIPUA irritamenta, quibus obnoxius est febricitans sunt, in ventriculo cruditates; in intestinis fæces retentæ; fitis; calor sive interne genitus, sive corpori extrinsecus applicatus; mentis corporisve exercitus.

E ventriculo cruditates evacuandæ sunt, vel emeticis, vel catharticis mitioribus.

Expellendæ retentæ fæces, medicamentis alvum leniter laxantibus.

\* First Lines of the Practice of Physic, p. 140.

Sitim potu acidulo sedamus.

Calori, aërisque impuritati plerumque comiti, obviam eundum est, aëris puri frigidi-  
usculi admiffione, usu *vaporum*, de quibus jam  
pauca diximus, (p. 34.), potuque refrigeranti;  
sed imprimis ægrotum e cubiculo ubi primum  
decubuit removendo, et in alio componen-  
do; indusiis atque stragulis sæpe mutandis;  
focisque sic moderandis, ut liberam aëris  
transmissionem per cubile solum præmoveant.

NE mens, corpusve fatigentur, quæ ægrum  
nimis irritant, aut incitant, procul absint.

CONSILIUM SECUNDUM.—Debilis febris  
nostræ, quamvis primum contagio specifico  
generata, in brevi, diathesi putrida, a seipsa  
orta, gravior redditur: uno verbo, debilitas,  
sanguinisque putredo, signa sunt inseparabilia,  
et se invicem necessario aggravant.

HINC

HINC debilitatem, quæ interdum citius accedit, interdum autem non ante hebdomadam morbi secundam, frustra remove removemur, nisi simul adversus putredinem summa vi resistamus.

REMEDIORUM, quæ huic consilio respondent, effectus irriti fiunt, nisi mundities eodem tempore summa cura colatur. Igitur indusia et stragula sæpe mutantur; omnia excrementa cito auferantur; aër recens cubile assidue perflet; nil enim magis putredini favet, quam aër, qui calidus et impurus stagnat.

IN febre nostra hæctenus provectiori, remedium est, cujus usum experientia diu probavit. *Vinum* intelligo, quod a viribus suis astringentibus tonum fibræ restituit, et ab alcohole putredini resistit, corporique stimulum præbet: pro ægri ætate, viribus, vivendi modo prægresso,

prægresso, et morbi violentia, plus ejus minusve concedendum est.

*Vini rubri*, una, vel altera libra, de die adhibita, sæpe pulsus plenior, tardior, et facit, capitis, et aliarum partium dolores, una cum anxietate febrili, sublevat, vel omnino summovet. Quamprimum debilitatis insignis symptomata superveniunt, vinum administrari debet.

A *vino, et cortice cinchonæ, vel soymidæ*, in quibusdam exemplis, una adhibitis, procul dubio, multum beneficii derivatum est.

NONNULLI contendunt, quædam acidorum vegetabilium et mineralium, vim non minorem quam vinum possidere; vinum autem illis omnibusque aliis remediis similibus, anteponeere propendeo.

SIVE vinum, five hæc alia remedia adhibeantur, minime omittendum est, alvum semper laxam servare, somnum tranquillum præbere, lavationem frigidam adhuc usurpare, et uno verbo, omnia irritamenta de quibus supra diximus, remove, vel (quantum poterimus) moderari.

MULTUM proficit alvus laxa, ideoque medicamenta laxantia supra indicata, pro re nata, præscribi debent.

SI æger somni nihil habeat, adhiberi debent anodyna soporifica, ut puta tinct. opii, in forma H. Anod. pharm. Nosocom. Reg.; omnia autem quæ sunt narcotici generis caute sunt adhibenda.

LAVATIONEM frigidam huic, pariter atque priori consilio, respondere, experientia docet: Verba ingeniosi medici CURRIE citare sufficiat:



ciat : “ In instances of the more advanced periods of fever, *cold-bathing* is evidently advantageous, while the heat of the patient exceeds the natural standard ; in such cases, according to my later experience, it ought to be of a temperature, from fifteen to twenty degrees only, below the human heat \*.”

Pro potu communi, decoctum avenaceum, aquam hordeaceam, vel jusculum e bubula factum, in hoc, ut in reliquis morbi stadiis, adhibere necessarium est.

AD vires sustinendas, camphora, ammonia, et opium, in auxilium interdum vocantur : omnia autem beneficia inde derivata, ex vino, in idonea quantitate, et tempestive administrato obtineri opinor.

QUUM tandem convaluit æger, in vivendi  
ratione

\* Currie's Medical Reports, chap. V.

ratione se caute gerere aliquamdiu debet ;  
 ab enim neglectis medici præceptis de hac  
 re, repetendæ sunt, pleræque sequelarum.

CIBUS concoctu facillimus ei concedendus,  
 isque non nisi parca manu. A modica cor-  
 ticis quantitate, in vini paux illo subinde af-  
 sumpta, nonnihil beneficii expectandum est ;  
 leni exercitatione eodem tempore non ne-  
 glecta.



intere de eorum potere adpansio debet  
adhiberi ut illis in rebus suis  
potere illas in rebus suis adpansio  
potere illas in rebus suis adpansio  
potere illas in rebus suis adpansio  
potere illas in rebus suis adpansio  
potere illas in rebus suis adpansio  
potere illas in rebus suis adpansio  
potere illas in rebus suis adpansio



—————  
—————  
—————

*Addend. ad finem lin. 6. pag. 27. " nisi fig-  
norum illius impetu, ac vehementiâ ma-  
jorî."*

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE 1

LECTURE 1: INTRODUCTION

LECTURE 1: INTRODUCTION